

# PROPRIO DE LA MISA SAN FÉLIX DE VALOIS

## Confesor

20 de Noviembre - Fiesta clase 3.<sup>a</sup> - Blanco

*Salmo 91.13-14,2* INTROITO

JUSTUS ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur: plantatus in domo Domini: in atris domus Dei nostri. *Ps.* Bonum est confiteri Domino: et psallere nomini tuo, Altissime. *V.* Gloria Patri.

El justo crece como la palma y se eleva como el cedro de Libano plantado en la casa de Señor, en los atrios de la casa de nuestro Dios. Salmo. Bueno es alabar al Señor, y cantar tu nombre, ¡oh Altísimo! *V.* Gloria al Padre.

COLECTA

DEUS, qui beátum Felicem Confessorum tuum ex eremo ad munus redimendi captivos cœlitus vocare dignatus es: præsta, quæsumus: ut per gratiam tuam ex peccatorum nostrorum captivitate, ejus intercessione, liberati, ad cœlestem patriam perducamur. Per Dominum.

¡Oh Dios! que te has dignado llamar, por inspiración del cielo, a san Félix, tu confesor, del desierto a la misión de redimir cautivos, te suplicamos nos concedas que, libres por tu gracia y su intercesión, del cautiverio de nuestros pecados, lleguemos a la patria celestial. Por nuestro Señor Jesucristo.

*1 Corintios 4.9-14* EPÍSTOLA

FRATRES: Spectaculum facti sumus mundo, et Angelis, et hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus, et colaphis cœdimur, et instabiles sumus, et laboramus operantes manibus nostris: maledicimur, et benedicimus: persecutionem patimur, et sustinemus; blasphemamur, et obsecramus: tamquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc. Non ut confundam vos, hæc scribo, sed ut filios meos carissimos moneo: in Christo Jesu Domino nostro.

Hermanos: Hemos sido entre gados como espectáculo al mundo, a los ángeles y a los hombres. Nosotros somos necios a causa de Cristo ; vosotros sois sensatos en Cristo nosotros somos débiles, vosotros fuertes; vosotros sois honrados, nosotros despreciados. Aun en esta hora sufrimos hambre, sed, desnudez; somos maltratados y vivimos errantes, y nos agotamos trabajando con nuestras propias manos. Se nos insulta, y bendecimos; se nos persigue, y sufrimos con paciencia; se nos calumnia y consolamos. Nos hemos convertido en las barreduras del mundo y hasta el presente en desperdicio de todos. No os escribo estas cosas para sonrojaros, sino que os amonesto como a hijos míos muy queridos en nuestro Señor Jesucristo.

*Salmo 36.3* GRADUAL

OS JUSTI meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquentur judicium. Lex Dei ejus in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus ejus.

La bora del justo derrama sabiduría y su lengua expresa la justicia. *Ÿ*. La ley de su Dios esta en su corazón, y en sus pasos no hay indecisión.

*Salmo 111.1* ALELUYA

ALLELUIA, alleluia. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis. Alleluia.

Aleluya, aleluya. *Ÿ*. Dichoso el varón que teme al Señor, y se deleita en sus mandatos. Aleluya.

*Lucas 12.32-34* EVANGELIO

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere, pusillus rex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidētis, et date eleemosynam. Fācite vobis sacculos, qui non veterāscunt, thesaurum non deficientem in cælis: quo fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit.

En aquel tiempo: Dijo Jesús a sus discípulos: No temáis, rebaño pequeñito, porque plugo a vuestro Padre celestial daros su reino. Vended lo que poseéis y dadlo en limosnas. Hacedos bolsos que no envejecen, un tesoro que jamás se agota, en los cielos, adonde no llegan los ladrones ni roe la polilla. Porque donde esta vuestro tesoro, allí también estará vuestro corazón.

*Salmo 20.2-3* OFERTORIO

IN virtute tua, Domine lætabitur justus, et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ ejus tribuisti ei.

¡Oh Señor!, en tu poder se alegra el justo, y salta de gozo por tu protección; tú le has colmado los deseos de su corazón.

SECRETA

PRÆSTA nobis quæsumus, omnipotens Deus: ut nostræ humilitatis oblatio, et pro tuorum tibi grata sit honore Sanctorum, et nos corpore pariter et mente purificet. Per Dominum.

Te rogamos, ¡oh Dios todopoderoso!, que esta ofrenda, a pesar de nuestra indignidad, te sea agradable por el honor que alcanza a tus santos, y nos dé la pureza de cuerpo y alma. Por nuestro Señor Jesucristo.

PREFÁCIO COMÚN

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim sociâ exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Ángeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión:

*Mateo 19.28,29* COMUNIÓN

AMEN dico vobis: quod vos, qui reliquistis omnia, et secuti estis Me, centuplum accipietis, et vitam æternam possidebitis.

En verdad os digo, que vosotros, que habéis abandonado todas las cosas y me habéis seguido, recibiréis el céntuplo y poseeréis la vida eterna.

POSCOMUNIÓN

QUÆSUMUS, omnipotens Deus: ut, qui Cælestia alimenta percipimus, intercedente beato Felicem Confessore tuo, per hæc contra omnia adversa muniamur. Per Dominum.

Te pedimos, ¡oh Dios todopoderoso!, que habiendo recibido el alimento celestial hallemos en él fortaleza contra toda adversidad por la intercesión de tu santo confesor Félix. Por nuestro Señor Jesucristo.